



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Regvla. III. Acquisitiue si ponas uerba, datiuu[m]. Iis dato,
gram[m]atice[m] oro doceas mihi prolem. Casus com[m]unis ferme
omnibus esto datiuus. Est tamen & proprius, ueluti natis fore sumq[ue] Et

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

gulis ubi parit faciedū horas quadratas. undiq; subaudiū est. nam nominatiui casus esse petendū in Virgilio probat Nebrissen. Quia in dum gerundiū sine p̄positione non ponitur. participiū igit (inquit Nebrissen.) aut nomē est petendū, aut uerbū infinitū, quale in rū futurum apud Gel. nullo autē modo gerundiū, nititur Nebrissen. eua dere laqueū e Virgilio sumptū, ne cum Alexādro, aut Seruio dicat Psalmos erat legendū, sed eius euasio parū est efficax, quia iam manifestum esse opinor gerūdia nominatiui casus actiuorū uerborū regere post se accusatiuū, & ante se datiuū uel ablatiuū cum p̄positione a uel ab, quia impersonalia sunt. Vnde sequit̄ impersonalia nō carere gerūdijs, contra quorundā doctūsimorū sententiā. Aliquādo tamē uidei impersonale accusatiuū post se regere, nec regit tamē ut specialē casum actiuorū. Nam apud Virgī. uultū sermone mouetur, synecdoche est. Et apud Pomponiū Melam nomē pro aduerbio. Ad Anconam transitur Rauennā, Ariminū, Pisaurū. Item apud Virgī. lib. v. Tum ꝑo in curas animū deducit omnes. Serui. ait græca figura, ut mentē Iesus. Cice, in offi. Si existimabit̄ coniunctā cum iusticia sapientiā, hic mēdose legitur existimabitur pro existimabimus ait Lancilo. sed miror cur hoc dicat, nam si existimabitur impersonale, non reget tamen accusatiuū, quia intelligit̄ infinitiuus esse. Impersonalia Lancilo. docet aliquādo esse causa ornatus inuenta, interdū causa necessitatis. Volo a me amari. Prisci. dicit esse impersonale, si plenus sit sermo & significetur, uolo amare, sic uolo a me federi, id est uolo sedere. At raro sic loquimur, ut opinor, uolo petrū amari a me, id est q̄ Petrus ametur, passiuū est. Ninguitur, pluitur pro dū nix, aut pluuia generatur, apuleiana sunt, & ita differunt ait Lancilotus a pluit & ninguit.

REGVLA. III.

Acquisitiue si ponas uerba, datiuū.
 Iis dato, grāmaticē oro doceas mihi prolem.
 Casus cōmunis ferme omnibus esto datiuus.
 Est tamen & proprius, ueluti natis fore sumq;
 Et facio si nil mutauerit, ad quoq; saepe
 Et con quis addes hęc & conformia necnon
 Aduersa occurro, faueo, studeo, medeorq;
 Blandior, auxiliior, famulor, sed dat iuuo quartū.
 Pareo, præsideo, noceo, pugno quoq; parco &

Gratulor, & quorum uix regula certa, quibus do
 Contingit, restat, placet, euenit, accidit & fit.
 Sufficit, & constat, libet, & liquet, & dolet, adde
 His uacat, & conducit, & expedit, & licet atq;
 Conuenit & prestat, sed dicito pertinet ad me
 Attinet & spectat recte coniungimus isti
 Reliquias dandi casus bene prosa recludet.

Omne uerbū acquisitiue positū, hoc est sic ut per ipm quis cōmodi-
 tatē uel dānū, aut quid simile acquirere significet, regere pōt casum
 datiuū eius rei quę acquirēt, aut cuius causā, uel pro qua, aut ppter
 quā aliquid fit, ut doce mihi petrū. i. ad petitionē meā uel propter
 me &c. sic em̄ ferme declarat dñs qñ est omnīū fere uerborū casus
 cōmunis, quorundā tñ est casus, pprius, ut blādiōr tibi &c. Vix autē
 est uerbū quod nō possit interdū regere dtm dñ exponit, ut dixim⁹
 Quædā autē cū actō regūt dtm nō oīno ut casum cōmunē, nam ali-
 ter significat dtūs, cū dico, do tibi panē, & aliter dū dico amo tibi Ca-
 tharinā, ideo subnectā quæ cū actō ferme petūt datiuū. actūs autē est
 qui in passiuā cōstructionē fit ntūs, datiuus qui illic manet immutat-
 us, ut do tibi panē, datur tibi panis.

Cum datiuo accusatiuū regentiā,

Primo igit actm̄ cū dtō regūt uerba cōparandī, ut cōparo Virgiliū
 Homero, quod etiā cū ablatiuo per p̄positionē recte sic dicitur, cō-
 paro Virgiliū cū Homero, & sit minoris cū maiore cōparatio poti-
 us q̄ cōtra (ait Valla) Aequo & equiparo nōnulli putauerūt huc p-
 tinere, qđ uerū esse nō credo, quia nōdū legere potui equiparo, uel
 equo te illi, sed bene equiparo magistrę uoce, equo te in hac rōid est
 sum tibi equal, Philel. li. xiiij. epi. Hac in re equabo te, uel fortasse etiā
 supabo. Cic. Nemo est qui me factis equiparare queat. Virg. in bu-
 co. Nō calamis solū equiparas, sed uoce magistrū, Ideo nō pbatur a
 multis Alexāder dicēs. Prædictis egparātes, equare etiā significat cō-
 tinuare, et tūc dtūs iūgit. Vir. Fœlix si p̄tinus illū Aequallet nōcti lu-
 dū, sic equo domū solo. i. penitus destruo & deñcio. Secūdo dādī
 uerba, ut dono tibi equū, qđ p abltm̄ dicere potes. ponēdo datū in
 abltō & accipiētē in actō, sic dono te equo, q̄ orō tota est elegās. simi-
 lem habet constructionē imptior, qđ etiā imptio dicit, & e seruat nō
 a, ut imptior tibi librū uel imptior te libro. Terē. in Adel. Sed quur
 cesso herā his malis imptiri. Idem in Eu. Plurima salute Parmenonē

Ioannis Despauterij Niniuite.

suū sumū impitgnato. Dicimus etiā impitior tibi de hac re, ut probat Macinē, ex quo plurima sumpsimus, & partior uinū in socios. Virgi. lib. i. ænei. Socios partit in oēs Vina &c. i. diuido is, it. uel partem facio, aut distribuo. Plau. in Ali. Hanc quā nactus sum prædam cum illis partiā. Salu. Prouincias inter se partiuerāt. Dicimus enim partio actiue uel partior deponētaliter, sic impertio uel or. Cice. Huius rei aliquid tēporis impertias, id est impendas. Donamus gratis cū actō & dō ait Nebris, donamus præmij aut beniuolētię gratia cum actō & abtō, ut dono te ciuitate, id est efficio te ciuē, damus quocūq; modo, do tibi rem dono. i. dono tibi rem. Virgi. Fistula dametas dono mihi quū dedit olim, dō tibi epistolā ut feras ad aliquē, do ad te epistolā ut legas. Cice. Dedi illi ad te literas. In quibusdā hæc differentia non est, ut scribo tibi & ad te, sic respōdeo & mitto. Pli. Quū ad eos breuissime respōdissem, & significat posteri⁹ dicere, etiā significat cōuenire & parē esse cū eadē cōstruētōe. Pli. li. xxxvi. Struēturam ad normā & libellā, & ad ppēdiculū respōdere oportet. Virgi. Dicitis respōdent cetera matris. i. cōsentiant & cōformia sunt. Cice. in Tuscu. Nec tamē si q magnis ingenijs in eo genere extiterūt satis græcorū glorię respōderūt, id est accesserūt uel pares fuerūt. Hieron. ad Furiā. Et quibus nati sunt liberi suo generi respōderūt. i. similes fuerunt. Virg. Illa seges demū uotis respōdet auari Agricole. i. satisfacit Idem li. vi. Cōtra elata mari respōdet Gnosia tellus. i. respicit & contra posita est. Cice. treb. Cui quidē amorī utinā ceteris rebus possem amore certe respōdebo. i. satisfaciā uel par ero, do tibi panē a pistore non inepte dicit. Plau. in capti. Sequere me, uaticū ut dem a trapezita tibi. eadē opa a p̄tore sumas syngraphū, do tibi cōsiliū. i. consulo tibi. Idem in Epid. Si equū sit me plus sapere q̄ uos, dederim uobis consiliū cautū quod laudetis. do te morti. i. interficio te. Idē in merca. Me toxico morti dabo. Do tibi operā. i. ausculto te uel sollicitus sum ad te iuuandū. Idem in cap. Do tibi operā si quid est quod me uelis. do operā pecunię. i. studeo. do rem memorie. i. cōmēdo, trado, uel scribo. Gel. Cretesē quocq; prælia ingredi solitos memorie datū est. Teren. do pro offero & obijcio capit dicens in Ecy. Profecto hoc sic est, ut puto omnibus nobis, ut res dant sese, ita magni atq; humiles sumus. do tibi fidē. i. promitto, habeo tibi fidē. i. credo. Teren. in Ecy. Si mihi fidē das te taciturā, dicā. dabo rem paucis. i. breuiter dicam. Terē. in Adel. Da te mihi. i. accōmodo te meę uolūtati. do pœnas. i. punior. do ueniā. i. cōdono, ignosco. do me in disciplinā. i. studeo. Ambro. Sed relictis oibus in disciplinam se ppheticā daret. Plura scribūt de hoc uerbo grāmatici, sed nobis sufficiūt nūc dicta. red

do etiā significat do, ut reddo tibi literas quas mihi Cicero ad te dedit, significat etiā facio, ut reddo te certiorē, & pducere, reponere, sed & regit datiuū cum actō, ut resigno, repēdo, refero &c. Tertio imperandi, iubendi & phibendi uerba, ut interdico tibi aquā. Iustinus lib. v. Cui paulo ante omnē humanā opem interdixerat. Sene. li. episto. lxxvij. Interdices mihi inspectionē rerū naturæ. Oui. lib. vi. meta. Cui quōdā regia coniunx Orbē interdixit. Sueto. de Nero. Et cum interdixisset ulum Amethystini ac tyrii coloris, pclusit cūctos negotiatores. Sene. lib. iij. de ira. Si iubes cesar statim illi domū meā interdica, sed frequentior usus est ut post datiuū iūgat abltūs, & significat maxime prohibere, ueluti interdico tibi aqua & igni. Sueto. in aug. Alteri ob ingrātū & maleuolū animū domo, & puincijs interdixit. Dicimus itē, interdicit mihi aqua & ignis, & iterdico aqua & igni, & impersonaliter, interdicit mihi aqua & igni. Cice. ad Pontifices pro domo sua. Veluti iubeatis, ut Marco tullio aqua & ignis interdica. Ibidē. Ut mihi aqua & igni interdiceret. Sueto. in Aug. Priusq̄ senatuscōsulto interdiceret. Et in Clau. Hi qbus magistratus puinciae interdiceretur. Pli. lib. iij. epif. Prisco in bienniū italia interdicitū. Idē in. iij. Quibus aqua & igni interdicitū est. Cū solo datiuo, significat ob stare. Cice. in Verrē actū. iij. Pater improbus cui nemo interdiceret possit &c. Iubeo tibi hāc rem. sic impero, p̄cipio &c. Iubeo te saluere. i. uolo te saluū esse. Virgī. Infandū regina iubes rehouare dolorē, id est rogas, populus iussit. i. decreuit. Quinti. pro dtō actm dedit dicens. Pater me iussit. Impero ab in & paro, quasi prorsus paro, significat iubeo. Quinti. hoc mihi imperaret. Mando memorię interdico quia pulchrū est, ut interdixit p̄sul sacerdotibus sacris. Interdixit senatus Petro ciuitate &c. Quarto uerba nunciandi & declaradi ut refero tibi hanc rem. i. dico tibi. sed refero ad te. i. in cōsultationē fero Quinti. Non rettulit ad matrē, nō p̄p̄inuos consuluit, nō amicos. Sed de his omnibus referā ad senatū, potius dicitur q̄ omnia hęc referam ad senatū, tamē utrūq̄ significat fero in senatorū cōsiliū. Item refero. i. reporto. Idem. Ad parentē arma nō rettulit. Cice. Si ad unū omnia referēda sunt. i. cōferenda & uni ascribenda. Refero te in hūc numerū. i. ascribo, refero in melius. i. cōuerto. refero tibi acceptū. i. fa teor me accepisse abs te. Cice. Vitā acceptā refert clemētię tuę. Imp̄sum tibi refero. i. de expensis rationē facio uel reddo. plura significat sed sup̄sedeo. Nota autē q̄ dicimus confero me ad uillā uel in uillā. sed cōfero me ad hominē, non in hominē, sed bene confero homini uel in hominē beneficiū &c. ut contuli multa Catoni uel in catonē, id est msta dedi. Indico uētri bellū. i. denūcio. Bapti. Mantu. in buco.

Ioannis Despauterij Niniuite.

Fūde iterū. potare semel gustare, secūdus Colluit os potus, calefacta
refrigerat ora Tertius. arma siti bellūq; indicere quartus Aggredit,
quintus pugnat, uictoria sexti est. Septimus (œnophili senis hæc do-
ctrina) triūphat, Indictus a. um. i. denūciatus. Indictū est bellū turcis.
Indictus nomē. i. non dictus. Hora. Rectius iliacū carmen deducis in
actū. Qz si pferes ignota indictaq; primus. Indico tibi hāc rem, id est
ostēdo, hoc primū est, illud tertie, de q̄ mltā Cale. Denūciare est quoz
uis modo nunciare, ideo differt ab indico. uide Calepi. si uis. Dico
tibi, ad te, & erga te. plau. in Ali. Si quicq; falsi erga me hodie dix-
ris &c. Hmōi uerba sunt. Aio, assero, edissero, declaro, prædico, expo-
no, fari, interpretor, loquor, memoro, cōmemoro, narro, recito, lego,
nuncio, promitto, scribo, spōdeo, uoueo, deuoueo, quod in malū fe-
re capitur. Ouidi. Deuoueo capiti tristia bella tuo. Ideo Valla nō ps-
bat illud Prisci. Deuoueo tibi opus Iuliane. manifesto, suggero &c.
Sed affor, alloquor, & cōuenio nō habēt datiuū nisi forte cōmunē,
ut alloquere mihi Petrū. i. ad petitionē meam. Cōuenio te, id est allo-
quor &c. patebit. colloquor. inuenio apud Plau. semp cum actō, ut
in Amphi. Te uolo uxor colloqui, rep̄sento me illi, rep̄it apud Co-
lu. Sueto. & plures ait Lanci. Postremū. Verba subijciēdi, iungen-
di, & alia prope plurima, quorū non cōstat mihi regula. Virgi. Im-
pingit agmina muris. i. per uim illidit. Misceo aquā uino, præfero ui-
num ceruissē. p̄pono te illi. Antepono te paulo. Addixi me morti.
Tollis mihi laborē. i. aufers, tollis mihi librū. i. furaris uel surripis,
unde tollij. i. fures apud Sene. Tollo e terra lignū. i. eleuo. Nero sus-
tulit patrem. i. interfecit. unde est carmē apud Sueto. ex amphibolo
mordax. Quis negat enēq; magna de gente Neronē. Sustulit hic ma-
trem, sustulit ille patrē. Persuadeo tibi hoc, cōmodo tibi librū, qa idē
ad me reuertit̄. mutuo tibi pecuniā, quia eadē ad me nō reuertetur.
emo tibi librū. Teren. Quidā eunuchus quē mercatus fuerat frater
Thaich. Oro tibi ueniā, id est pro te, casus est cōmunis. Plau. in Bac-
chi. Hanc ueniā illis sine te exorē. Idem dixit. Ego quidē ab hoc certe
exorabo. Idē in Sti. Bibat tibi. impendo tibi pœnas. i. punior. Virgi.
Cui pendere pœnas Cecropidē iussi. Renūcio tibi hanc rem. i. aperte
nuncio & significo. renūcio litū. i. renuo & nolo litigare. Inuideo tibi
gloriā, pulchra locutio. inquit Serui. in illud ænei. viij. Effœta senes-
ctus. Inuidet imperiū. Et alibi. Liber p̄pineas inuidet collibus uuas
Cice. Optimā nobis naturā inuidisse uideatur, Quintilia. dicit sic lo-
quendū non esse, licet Cicero usurpet, sed paucos uideo aut nullos
iam in hac p̄ceptione auscultare Quintili. Plī. neq; ego, ut multi in-
uideo alijs bonū quo ipse careo. Apule. Mihi fortuna diuitias. inuis

dic. Diome. dicit etiā dici inuideo tibi gloriæ in grō, & inuideo tibi gloriā in ablatiuo, & inuideo tibi gloriā in actō, quod solum nobis placet. Inuideor & iubeor passim reperiri in thesauro testat Mancī. Hora. Ego quur acquirere pauca. Si possum inuideor. Plau. in Tru cu. Mauelim mihi inimicos inuidere, q̄ me inimicis meis. Nam inuidere alijs bene esse, tibi male esse miserū est, qui inuidet egēt, illi qui bus inuidet rem habet. Inuisus datiuū regit, & significat odio habitū. Credo tibi rem. i. cōmitto. Virg. Ausus se credere cœlo. Subjicio mihi hanc rem, sic objicio, adiūgo, cōsulo, suadeo, uēdico. i. meum dico &c. oppono, pario, educo, deduco, acquirō, impignerō, obligo et cetera fere innumera. Maiore pfecto cura cōsiderare oportet, q̄ dō fere cōtēta sunt, quorū bonā partē in litera exp̄ssimus. nā dicere oīa nō opis est nostrę. Ideo da ueniā lector nō oīa p̄cipit unus.

Verba datiuo fere contenta.

Primū igit̄ regunt datiuū cōposita a fore. i. futurū esse, ut utinā Ioannes afforet nobis, sic desore & profore &c. Secūdo cōposita a sum ut assum pugnet in pugna. Cice. in Phil. Omnibus his pugnis Dolabella adfuit. Idē de ora. li. ij. In Pauli pugna nō adfuerat, desum nuptijs & in nuptijs. Oui. in lb̄in. Causaq; nō desit, desit tibi copia mortis. Tul. li. xij. episto. ad Q. Valeriū. Nam nec in honoribus meis, laboribusq; unq; defuerūt. Insum fontī & in fonte. Sueto. in Tito. Cui nō minus auctoritatis inesset q̄ gratiæ. Terē. in Eunu. In amore oīa hęc insunt mala. hęc uerba prodest ad salutem. Plini. lib. ix. ca. xxvi. Alliu ad multa curis p̄cipue medicamenta prodesse creditur, prosum tibi notū est, sic obsum, subsum, p̄sum &c. absum urbi & ab urbi. Ouidi. Vir mihi semper abest, Et Gratulor huic terræ q̄ abest regionibus illis. Luca. vij. Absumus a uotis. Et Ouidi. in arte. Adde q̄ insidię sacris a uatibus absunt, & sepius certe ablatiuū poscit, dicimus etiā absum Italia, uel ab Italia utrūq; in ablatiuo. Sueto. in Cæsare. Italia abest. Tulli. lib. xv. episto. Abessemq; ab Amano iter unius diei. Terē. in Heaut. Menses abest dixit & Plau. in Must. trienniu q̄ iam hinc abest. Virgi. lib. xi. Nec longis inter se passibus absunt. Cæsar. ij. lib. de bel. ci. hic locus abest a clyptis passuum, xxxij. milia. hic patent exempla regularum duarum regiminis accusatiui. Absentare non est barbarum pro abscondo, & abesse facio. Claudianus. Querique tale recessu Maluerit damnare decus, uetitamq; dearum Colloquio patris procul absentauerit astris. Plautus in Truculento dicit. Qui me futurum pro quid de me fiet. Adsum ad rem etiam resiste dicitur. Cato. Mulier ne ad rem diuinā adsiet. Supersum labori,

Est nō opprimor a labore, sed sup laborē sum, supsum, i. supfluo, supuacaneus sum & minus necessarius. Itē supsum tibi ingenio, doctrina &c. i. copia quadā ac facilitate anteo. Itē lōingus & diutius adsum. Virg. Primus ego in patriā mecū modo uita supsit. Itē sup resto, reliquus sum sed tū duē sunt dictiōes ait Bapri. Pius. Itē supstes sum &c. de hoc multa Gel. Tertio. Cōposita a facio si a remāserit ut male, bene, satis facio tibi, nō omnia tamē nisi cū aduerbijs cōponantur, quia calefacio &c. huc nō ptinet, nisi cū actō, sic calefacio ubi pedē, bñfacio &c. nō magis cōposita uident q̄ bñ uolo tibi, bñ cupio tibi. Enni. Nō bñ tibi uult q̄ te falso criminat. Terē. Ip̄i bñ cupio glycerio. Forefacio p noceo uulg^o usurpat. Ego nōdū inueni satis sit tibi, bñsit, malefit tibi. et q̄d Vir. dicit. Lac mihi n̄ estate nouū n̄ frigore deficit, huc ptinet. Quarto cōposita cū ad & cō, sepe dtm̄ regit, si uerba cū quibus cōponunt absoluta fuerint, ut aduenio, aspiro, ac clamo, annuo, sub quo oppositū abnuo, accido, acq̄esco, asto, alluesco, cōtingo, p accido, nā si simplicis significatiā habuerit actm̄ reget cōdormio, cōgruo, cōuenio p utilis sum, consono. sic nomina consolor cognominis &c. sed hoc p̄ceptū de ad & con incertū est, nec satis uniuersale. Item assurgo, assideo, adherēo, assentior, uelo, applico &c. datiuū habēt, sed plura ex his mō patebūt. Quinto. Verba occurrēdi, ut occurro, obuio, obsto, oblisto, occurso, obuio. Virgi. Occurrere capro cornu ferit ille caueto, eo obuia tibi, uel obuio tibi, q̄a aduerbiū hoc sequit̄ nomina obuio, inuius, peruius, & obuioiare significat aliquādo resistere. Oppono, obijcio, offero &c. regūt datiuū cū accusatiuo. Præuius nomē etiā datiuū habet. Ouidi. Præuius aurorę lucifer ortus erat, id est p̄cedens. Sexto. Verba fauēdi, ut faueo, aspiro, annuo, arrideo, subscribo, consentio, in sententiā eo, inherēo, adherēo, herēo, & cōtraria, ut resisto, noceo &c. hęc patēbunt in uerbis nocēdi, magis assentior deponētaliter dicitur q̄ neutra liter assentio, quia authore Quintili. Sisenna assentio putauit esse dicendū, quem deinde multi secuti sunt. Cicero semper assentior dixit, & accusatiuū cū datiuo dedit, ut. i. de ora. Cetera assentior Crasso. Idem in. ij. Quare tibi Antoni utrūq̄ assentior. Idem. nā neq̄ ego assentior illud Theophrasto. Et in episto. Senatus mihi assensus est. astipulor tibi, id est assentior. Septimo. Verba studēdi, id est diligētiā alicui rei adhibēdi, ut studeo. Fabius lib. vij. Abdicatus medicinæ studuit. pro eodem dicitur studeo in hac re & in hanc rem. Gel. lib. x. ca. ij. Si quis in ea re studebat. Fabi. li. x. Poetę & pictores in id solū studēt, ut describere tabulas mēsuris ac lineis sciāt, sine p̄positione cum accusatiuo in hac significatiōe nondū reperire quiuī, sed be

ne pro uolo. Tuli. li. v. episto. Qui si nihil aliud studeat nisi id quod agit. Teren. in Ecy. ut oēs mulieres eque eadē studeāt, nolintq; omnia Cum datiuo etiā significat faueo. Ouidi. Cui studeat deus omnis habet. Incūbo huic rei, ueteres autē incūbo in hāc rē dixerūt, ait Quintilia. & q̄q; prohibere uideat. Quintili. recte tamē ueteres sequemur ut patet ex Valla, Perot. Mancī. & alijs. Virgi. Validis incūbite remis. Valla inhihet incūbo in remos uel ad remos, aliq; uolunt & hoc recte dici nos Vallē libēter astipulamur. Tuli. li. x. epi. Mi Plance incumbe toto pectore ad laudē. Et alibi. ad id bellū incūbite. Et ite; li. x. epi. Ut in rempu. omni cogitatioe, cura; incūberes. Ibidē. Incumbe per deos imortales in eā curā & cogitationē quē tibi dignitatem & laudē afferat. Et alibi. Pergite adulescētes. & in hec studia in qbus estis, incūbite. Et alibi. q̄ re incūbam? o noster Tite ad illa p̄clara studia. Neq; in bonū tm̄ capī hoc uerbū, ut apud eūdē. Marco Catonī incūbenti ad eius perniciē. Quibus exēplis satis patet, incūbo frequētius cum actō p̄positiōis admīniculo locari q̄ cū dtō, nisi in illo, ualidīs incūbite remis. i. toto pectore innitimini, quod ip̄m etiā dtm̄ regit. Ita quoq; dicimur incūbere, quū quid acutius mēte agimus, quē admodū ecōtrario supini dicuntur qui negligenter agūt. Incūbo in hac re, per ablatiuū etiā dicit. Idē alibi. Tota mēte omni; animi impetu in repu. incūbas. Verba studēdi etiā sunt, operā do, nauo, impēdo, adhibeo, & sine hoc actō innitor, inuigilo, insisto, insudo, inhio, inhereo, idulgeo. Inhio nūmis. i. auidissime desydero nūmos. Nauo operā grāmaticē. i. studeo grāmaticæ, & significat nauo as. at. pprie do studiose, cōfero uel infero. Cice. li. ij. de orat. Iā mihi uideor nauasse operā q̄ huc uenerim. Idem Appio Pulchro. Illud pugna & inire, ne quid nobis tēporis prolongetur, ut quū tibi hic satisfecerimus, istuc quoq; nostrā in te beniuolētā nauare possimus. i. conferre uel ostendere, tractū uerbū a nautis quū sunt auxiliō alijs. Naues enim quū ex naualibus in mare deducunt. maximo hominū auxiliō indigent. Indulgere significat proprie imoderatā alicui rei operā dare, & concedere, ac obsequēter delicateq; tribuere, ut indulgeo litteris. i. uehemēter incumbo, aut (quod proinde est) uaco. Indulgeo gule. i. studeo & nimis obsequor, ut in elegātissimo opusculo q̄ cato inscribit. Indulgere gule noli, quia uētris amica est. Quintili. Mollis illa educatio, quā indulgentiā uocamus, neruos omnes & mētis & corporis frangit, nō ergo indulgētia pro ueniā accipiēda est, q̄ est remissio culpe, ut rite cōfitei deus dat ueniā nō indulgētiā. Cōtra ueniā pro indulgentiā nō rarissime capitur. Cice. pro Archia. Dabitis mihi hāc ueniā. i. indulgebitis, cōcedetisq; si forte peccauero. Teren. Da pater

Ioannis Despauterij Niniuite.

uenia, sine te exorē. Ita dicimus cū uenia tua dixero, cū pace tua. uix autē cū licētia ut post dicei. Lucillius apud Marcel. actm̄ dat uerbo indulgeo dicēs. Irā indulges nimis, hoc in dissuetudinē abiit, quū dicat Terē. in Heaut. Nīmis me indulgeo, cū datiuo em̄ frequētiō est idoneorū usus. Virgi. Indulge ordinibus. Iuena. Cunctis narratur ephebis. Mollior ardētī sese indulsisse tribuno. Apud Lucilliū dicētē Tu qui irā indulges nimis, manus abstinere a muliere meliusest, significat augere. Apud ecclesiasticos non indoctos significat parcere cū dtō. Ambro. Vide q̄ bonus deus, & facilis indulgere peccatis. Itē dimittere uel parcere cū actō. Hiero. Misericordia ē q̄ indulget peccata nostra, neutrū est ueteris auctoritate, pbabile, si Vallē credimus.

Octauo. Verba medēdi quē cū actō etiā legūtur. Virgi. Senibus medicātur anhelis. Serui. in illud. i. Geor. Semina uidi equidē mltos medicare serētes, ait medicare, p̄ medicari metri fecit necessitas. Sane medicor actm̄ regit, ut medicor hāc rem, sed medeor huic rei. nā me deor hanc rem figuratū est. Hęc ille. Cū actō medicor posuit Teren.

Nono. Verba blādiēdi, ut adulator, quod Cice. passiuē, ptulit dicēs i. offi. Nec adulari nos sinamus. ueteres cū actō ponebāt, teste Fabio lib. ix. Lucretius adulo dixit, quod nos semp adulator. Ait autē, lōge alio pacto gemitu uocis adulāt. Tortellius format ipm̄ ex ad & aula, quia adulatores fere, sunt aulici. Oui. Agmē adulantū media pro cedit ab aula. Geor. Valla ducit ex dulos. i. seruus, quia adulari serui le est. Calepi. eandē sequit opinionē, & scribit gemino d addolor, miraturq̄ nōnullos corripuisse. Gemino d scribi mihi nō placet, quia oēs corripit primā in adolor, blādīt dno canis. Assentat diuiti parasitus. Applaudit indoctis plæbecula. Plini. libro isti nouitas lenocinetur & applaudit. i. adulei. Idem alibi. Quū illi necessitas lenocinet Palpo & palpor illū & illi. Iuena. Quē munere palpat, hoc rectius cum actō locat, ut cum datiuo palpor. Plau. in Amphi. Obseruatore q̄ blande mulieri palpabit. Cui male si palpere recalcitrat undiq̄ tutus. Adulo actiue cum actō etiā utitur Valeri. Maxi. dicēs. Si dionysiū nō adulares ista non esses, sed exoletū est hoc loquēdi genus.

Decimo. Verba auxiliādi, ut adminiculator, opitulator, patrocinator, succurro, subuenio, cōmodo. Apu. ij. flori. Beneficio multis cōmodasti, & exemplo oibus pfuisti. Hic cōmodo significat subuenio, cōtrariū significat noceo. Terē. in An. Magis ut incōmodet mihi q̄ ut obsequat gnato. Cōmoda mihi librū notū est, sed cōmodamus res ut easdē numero reddamus, als̄ ꝑo mutuamus authore Diome. dicimus aut̄ mutuo tibi pecunias, & mutuaris a me pecunias, p̄spicio & p̄uideo tibi, posset forsitā nō inepte actūs annecti. Auxilior cum

actō, uetus est, teste Priscī, ueluti cum grō. Esa. xlvij. Auxiliat⁹ sum tui. Suffragor. i. pūcio & sentētia subuenio. Cic. in. i. de legi. Mihi enī uideris fratrem laudādo suffragari tibi, refragor est eisdē modis alicui ad uersari, & utrūq; nūc dt. n. habet. Olīm etiā actm̄ in actiua uoce te ste Marcel. Iuuo tū actm̄ habet, sic eius cōposita, Olīm etiā dtm̄. Plautus in Cistel. Qm̄ ita tibi iuuat uale atq; saluē. Leuare. i. liberare, huc nō pūnet, uult autē actm̄ cum abltō, ut leuabo te labore. Undecimo. Verba famulādi, ut ancillor, deseruio, inseruio &c. Nebris. seruimus tyrāno aliq; seruatorū est. male ergo utū uulgus seruire, p. inseruire, & seruator p. cliente. Inseruire est obsequi, morē gerere, & cupere placere alteri. Duodecimo. Verba pariēdi. i. obediēdi, ut pareo, obedio, acquiesco, obtēpero, morigeror, obsequor, audio, ausculto. Cēsar lib. v. de bel. gal. Dīctō audiētes non fuerūt. Terē. in Adel. Vin tu huic senī auscultare, Alij legunt hīc auscultarier ut sit deponens, sed prior loqndi modus in usu est, utrūq; p. obtēpero etiā cum actō legi, Plau. in tri. Nisi me auscultas, atq; hoc qd' dico facis. Ci. li. iij. epist. Si me audies uitabis inimicitias. Inaudio tibi. i. obedio. Inaudio te. i. audio uel ausculto te, noua sunt, p. uulgatissima significatōe uel cognarijs. Pareo pter dtm̄ reperit apponere & actm̄. Papinius in Achil. Nō adeo parebim⁹ oīa mri. Gel. li. ij. Quēdā nō eē parēdū qdam nō obseqndū, hęc orō Gelliana fauet opinioni nostrę de gerū dīo impersonali, qle est, legēdū ē psalmos. Plau. in Tru. more gręco dicit, audies sum impj, p. impio, geniculor uictori. i. genu flecto, et suplico iudici, pedē. s. aut manus, ut aliqd orādo impetrē, huc pūnet.

Tredecimo. Verba p̄sidēdi, ut p̄sidio impio, p̄sum scholasticis, & que cū dtō actm̄ admittūt, ut p̄sicio, p̄pono, antepono. sic contraria postpono, posthabeo. Itē p̄fero &c. Decimoq̄rto. Verba nocēdi ut inimicor, resisto, reluctor, obnitor, insidiar, obloquor, succēseo, indignor, irascor, insurgo, detraho, derogo, obtrecto, noceo, incōmodo, officio, renitor, iniuriar, aduersor, & quo qdā usi sunt, sed nō doctissimi (ut opinor) cōtrariar, Tu dic cōtrarius sum uel aduersor, abnuo, obsto, oblisto, renūcio, dissentio, refragor. Inuideo tibi hac re cū abltō. Luca. lib. viij. Inuidet igne rogi miseris. Inuideo tibi de hac re. Tullī. p. L. Flacco. Purpurā tyriā in qua tibi inuideo Lucretius offi ciuntur dixit. Vīctruuius. Solinusq; & plures, nocēt passiue dixerūt nō impersonaliter. Plau. actm̄ huic uerbo dedit dicens in Milite. Iura te non nociturū esse hominē de hac re neminē. Et nō longe post datum habet. Iuro per Venerem & Martem, me nociturū nemini. In Psal. etiā accusatiuū habet. Iudica domine nocētes me. Nunc tū daturū habet. Apuleius. i. Meta. Multa nocerentur, dixit passiue.

Decimoquinto. Verba pugnādi, ut certo, pugno, degladiator, cōgredior, q̄ rectius cū p̄positiōe cū, ablatiuū habebūt. Serui. in illud, Mō tibus in nostris solus tibi certet amyntas. tibi (inquit) usurpatū est. nā hodie dicitur certo tecū. In oibus itaq; his cū dtō locutio est dūtaxat poetica. Virgi. Impar cōgressus Achilli. Et placido ne etiā pugnabis amori. Idē tamen alibi. Tu dic mecū quo pignore certes. Helena ad Paridē. Dum nouus est etiā cōcepto pugnemus amori. Ouidi. xij. meta. Et quoniā cōcurrere cominus hosti Nō datur. Itē cōcurro cū hoste, & dimico hoste, uel cū hoste &c. uis mecū certare lris, gladio &c.

Decimosexto. Verba parcēdi, ut ignosco tibi. Plau. i Mustel. Stulticię adulescētēq; ei⁹ ignoscas, addimus dtō a cū. Idē in Milite. Nūc hoc mihi ignoscas quęso. Idē actm̄ posuit p dtō teste Marcel. dicēs in Amphi. Orāt ignoscamus peccatū suū. Hinc ignoscēdus participiū, licet Seruius sine uerbo eē putet, quasi ignosco nunq; haberet actm̄. Ignosco significat apud Varronē disco, & ualde nosco, et nescio atq; nō intelligo apud Lactā. Gelliūq; ut declarat Calepi. Parco tibi. i. ueniam do & ignosco, & quod idē est condono. Virgi. Parcere subiectis & debellare supbos, parce errori, peccatis, culpę &c. Ineptū uulgus omnia peruertēs, sic loquit, parcat deus defectus tuos, abutētes actm̄, p datiuo, & defectus pro culpa, quū hęc longe differāt auctore Valla. Siquidē defectus carētia est, ueluti defectu medici hic perit, id est quia medicū nō habet, Culpa medici perit qui medicū quēdam habet sed imperitū. Differt itē defectus a defectiōe. Ideo notandū deficio cum datiuo significat deesse. Veluti deficit huic nūmus. Virgi. li. ij. geor. Arbuta sacre Deficerent syluę. hinc est defectus, Deficio cū actō significat destituo ac derelinquo. Hora. in arte. Sectantē læuia nerui deficiūt. Tulli. p Sexto Roscio. Tēpus te citius q̄ oratio deficeret. Deficio cum actō intercessu p̄positionis ad, & ablatiuo intercessu a uel ab, significat recedere a supiore. Sueto. in Vitel. Qui prius a Galba ad senatū defecerat. i. recesserat. Hinc defectio ē militis aut ciuitatis a dño, aut supiore recessio, & quędā quasi rebellio. sed redamus ad parco quod cū dtō etiā significat abstinere, ut parce pecunie. i. abstine, ab expēdēda pecunia. Parce iniurię. i. noli iniuriā cuiq; facere, parce uindictę, noli uindicare, parce lachrymis, noli lachrymari, parce labori, desine laborare, parce metu ait Poeta. i. ne metuas, dtūs est antiquus quo in hac oratione elegāter utimur imitati Lucē alterā Romę. Parco p abstinere, uel desino pro datiuo, pōt infinitiuū habere. Virgi. Parco pias scelerare manus, hoc uerbū cū datiuo & actō significat cōseruare, & in omni significātia est elegās, ut Cui parcis hos nūmos. Idē. multa talēta natis parce tuis. hinc parsi, illinc de

ducunt peccati, hoc interim tamē (ut alia pleracq;) cōfundit authoritas
 Decimosēptimo. Verba gratulādi, ut gratulor, & apud poetas
 grator. i. ob secundā alterius, aut meam fortunā gaudere me indico
 qd sine gaudio fieri p̄t sicte. Oui. Gratulor huic terrę q̄ abest regiōis
 bus ill. Dñs mihi cū gratulor primę p̄sonę uix exprimit. Oui. li. de
 arte amā. iij. Prisca iuuēt alios, ego nūc me deniq; natū gratulor. vs
 trūq; gratulor et poeticū historicūq; grator capit p̄ gr̄as agere, sed fe
 re deo aut diuis. ideoq; ferme idē est quod supplicare, gratulor cum
 actō. i. gratū habeo. Plau. in Capti. Gratulātur eā rem. Teren. in Eu.
 Salutāt, ad cōnā uocat, aduentū gratulan̄. Gratificor tibi. i. rem ac
 ceptam facio, ac gratā & beneficiū confero, gratificor tamē quid ma
 ius est q̄ gratū facio, siquidē deo gratificamur, nō gratū facimus, ait
 Valla, e quo hęc & alia sumpsimus plurima. Cice. Si hunc iuueris,
 gratissimū mihi feceris. Decimooctauo. Multa iam dictis in signi
 ficatione cōformia uel aduersa, & plurima ad certā regulā nō ducen
 da (nisi ad generalē uerba acquisitiue posita, regūt datiuū) requirunt
 dandi casum, ueluti Sto iudicio tuo, renūcio litū. Dolet mihi caput.
 Cice. iij. ad Atti. dixit Sto iudicio tuo. Cano receptui. i. clāgore post
 conflictū a pugna milites reuoco. Leonardus mihi uehemēter affici
 tur. i. me ualde amat, afficior tibi nō uulgariter. i. multū te amo. Los
 quitur hoc pacto frequentissime Franci. Philel. Obiurgo tibi, apud
 uetustissimos regebat actm̄, teste Diome. Est autem obiurgatio post
 turpe factū. Castigatio v̄o monitio est ante cōmissum, author est Fe
 stus. Aemulor p̄ inuideo dtm̄ petit, pro imitor, in bonā partē capit,
 & actō iungit, imitor tibi, minor & interminor tibi, idē ferme dicūt
 abrogo, fido, cōfido, diffido, inuigilo, ministro, repugno. Quod satis
 est sapio mihi, ait Persi. soluo pro satisfacio, obuersor, amicos, oblus
 ctor, reuictor. Hiero. Paucorū culpa nō p̄iudicat religioni. Persi. Tis
 bi ludit. Terē. Siquid peccat filius, mihi peccat. Sic dices. si quid per
 do, mihi perdo. In Esaia. Puer natus est nobis. In eodē. Omnes isrl̄ cō
 gregati sunt, & uenerunt tibi. Paulus. Vt peccatis mortui iusticię uis
 uamus. Itē. Quis es qui iudicas alienū seruū, suo em̄ dño stat aut cas
 dit. Cic. in epi. Quicquid erit, tibi erit. Placet mihi cum doctis uerbū
 substantiuū regere datiuū, quicqd in prima regula huius regiminis
 dixerim. Hora. epi. iij. Quid mihi Celsus agit, hic dt̄s expletuue por
 nitur, qa (authore Valla) ad nihil referi, sed e medio sumpta est oras
 tio, ut hic mihi gloriat se omnes honores sine repulsa obtinuisse. Tu
 mihi semp dormis, ille mihi assidue sedet. Crepuit tibi ostiū, siqs dili
 genter dispiciat inueniet datiuū, mysterij quidpiā semp obtinere, qa
 de ignoto non dicā, quid mihi agit ille, p̄ quid agit, nec gloriat mihi

Ioannis Despauterij Niniuite

pro gloria dicā, si apud me non gloriae &c. Itē dñm regūt moderor,
 dñor, obūbro, recōcilior, sufficit tibi gratia mea, id est par aut satis ē.
 sufficio te, id est in locū alterius surrogo uel substituo, defero tibi ho-
 norē, defero te, id ē accuso, delator accusator, delatio accusatio. De
 cimonono. Hec ŷba cōtingit, restat, & cetera dñm uolunt cū infiniti
 uo, & tñ dicūtur impersonalia, nō penitus tamē, q̄a infinitiuus officio
 fungitur ntī, qui si ipe poneret, psonalia essent, & nihilominus poss-
 sent dtō gaudere, ut p̄prio casu, ut cōtingit mihi legere uel lectio, sed
 uitandū semper insolens uerbū. Hora. Quod satis est cui cōtingit,
 nil amplius optet, id est cui euenit, accidit, aut qui habet &c. Oui, de
 morte Drusi. Omnis cui uirtus cōtingit unus eras. Cōtingit in hac
 re bene dicitur. Tul. i. offi. Atq; in magnis animis, ingenijq; id plæ-
 rūq; cōtingit. Cum actō significat simul tango, uel simpliciter tan-
 go. Virgi. Funēq; manu cōtingere gaudēt. Itē spectro, p̄neoq; licet
 hęc aliā cōstructionē habeant, uel tango simpliciter, ut referat etiam
 ad animū, ut hęc res me t̄git aut cōtingit. Oui, de morte Drusi. Heu
 mihi q̄ facile est, q̄uis hoc cōtingit oēs, Alteri⁹ luctu fortia ŷba loq.
 In euan. dicit cū actō. Da mihi portionē substantię q̄ me cōtingit, Ob-
 tingit regit dñm, ut contigit. Terē. Nescis quid mihi obtigerit. Lan-
 cilo. ex Dōna. (ut opinor) ait. Obtingit mihi debito, uel forte contin-
 git, casu restat mihi legere, id est reliquū est, ut legā, superat mihi ali-
 quid, etiā cū datiuo, id est restat. Placet, perplacet, displicet pari passu
 gradiuntur. Euenit in p̄senti penultimā corripit, in p̄terito producit
 ut uenio uerbo nata reliqua. Obuio eundē regit casum, ut a uenio
 quedā alia. Accidit tibi & ad te, ait Diome. Itē accidit illi, in illū, et in
 illo. Mancinel. est author. Terē. Istuc uerbū uere in te accidit, id ē cō-
 tra te. Cice. de puincis cōsularibus. Neq; solū sūmo in uiro, sed etiā
 in mediocri hoīe ne accidat prouidendū. Fit posui, q̄a ab alijs poni-
 tur inter impersonalia, nō tñ libēter dixero. Fit mihi legere &c. sed bñ
 fit mihi iniuria, honor &c. Badi. testat impersonaliter reperiri etiam
 cum abtō. Sufficit uobis & ad uos, p̄ satis est. Luca. li. ix. Sufficitq;
 omnibus unda. Fabi. li. i. Ad quas nec mēs, nec corpus, nec dies ipsa
 sufficiet. Sufficio cum actō significat sūministro & substituo, unde
 suffecti consules. Virgi. iij. Geor. Atq; aliā ex alia generādo suffice p̄-
 lem, id est substitue. Idem. Ipse pater Danais animos uiresq; secun-
 das Sufficit, atq; deos in dardana suscitāt arma. Constat mihi sic di-
 xisse Petrū, id est liqdū est & clarū, manifestūq;. Cōsta tibi, id ē sis cō-
 stans. Libet mihi ludere, id est placet uel libēter ludere. libido est scire
 id est libet. (Het lust) pro eodē dicit libet, libido cū u, & collibet, id
 est libet. li. quet, id est manifestū est. Dolet mihi te sic uiuere. Vacat, id

est tēpus est uel placet, ut nō uacat mihi uestras audire nēnias, id ē nō est mihi ocyū. Oui. Nō uacat exiguis rebus adesse Ioui. Virgi. Si uacēt annales nostrorū audire laborū &c. Idem. Haftenus indulgisse uacat, id est licet, ait Pafius Quīnti. Tūc elegiā uacabit in manus sumere, cuius princeps habet Callimachus, id est ocyū erit, uel potius placebit. Vaco cū datiuo significat operā dare, & dicimus uaco uirtuti, in uirtutē, & ad uirtutē. Per actm sepius. Sene. Nō uaco ad istas ineptias. Naso lib. i. de ponto. In nullum mea mens grande uacabat opus. Vale. Satius est fauorabili q̄ inuisæ rei uacare, significat etiam uacuum sum uel careo, & sic regit ablatiuū sine p̄positione, uel cū ea, ut uaco culpa, uel a culpa. Cice. lib. vii. epist. Vacare a culpa magnū est solatiū. Sene. episto. xcvii. Nulla etas uacauit a culpa. Certe cum nomine actionē quandā siue qualitātē significante, adiungimus a p̄positionē, ut Vacas a labore, a componendo, ab agricultura. In exodo ponit sine casu. Vacant em̄ & idcirco uociferantur. Conducit tibi sic uiuere, id est utile est. Non tibi conduco, id est non sum tibi utilis. Vbi rem inanimatā uel inanimā significaueris, potes datiuū adijcere, uel accusatiuū cum p̄positione ad uel in, ut Cōducit dolori in, dolore, & ad dolorē. Plau. in capti. In rē tuā cōducūt. In eadē. Ad uictū cōducūt. Cōduco te, id ē duco. Conduco domū, uel operā tuā ab locante, sunt em̄ hęc cōtraria. Plau. perhibet operā suā locasse pistori. Expedit tibi ut uapules, id est utile est. Expedio te uinculis, id est libero. Et paucis expedi, id est eloquere, licet tibi plus q̄ par est, licet uidere, licet cernere, id est quiuis potest uidere elegās sermo, sic uideas pro quiuis uidere posset, hic em̄ non maior respectus est ad te q̄ ad quēuis aliū. Persi. Hic neq̄ more probo uideas nec uoce serena. Ingētes trepidare titos. Cice. Itaq̄ uideas, iustos iniustis reb⁹ maxime dolere. Idem. licet uidere nōnullos tam stultos, ut nihil differant a natura brutorū. Licet cōiunctio, id est q̄uis, quod etiā dicit liceat, & licet, bit differūt, libertas & licētia, nec dixero facile, pueris est licētia ludēdi. Est enim libertas naturalis facultas eius quod cuiq̄ facere licet, nisi qd̄ uī aut iure phibet, licētia est impunita quēdā facultas agēdi quicquid uelis. Teren. Deteriores sumus omnes licētia. Igit̄ libertas in bonū capit, licētia plerūq̄ in malū, aliqñ etiā in bonūm, ut facile notauerit, siq̄s ciuilia iura diligēter euoluerit. Nolūt igit̄ dici, magister dedit, aut fecit pueris licētia ludēdi, sed fecit potestātē ludēdi, aut dedit cōmeatū uel ferias &c. Aliud autē est facere, aliud dare potestātē, hoc enim longe est maius, siquidē dat potestātē q̄ alterius arbitrio. rē oīno cōmitūt. Cōuenit tibi dicere. i. utile & cōueniēs ē. Nō cōuenio tibi. i. nō sum tibi aptus aut utilis. Cōuenit in hanc rē dices

Ioannis Despauterij Niniuite.

pulcherrime cū Cicerone pro. S. Roscio. Non in omnes arbitror oīa cōuenire. Cōuenit hoc inter nos. i. in hoc cōtrouersia nō habemus. Cōuenio te cū actō. i. aggredior colloquēdi, agēdiq; tecū gratia. Terren. igit cū datiuo, sed addito (intercessu p̄positiōis cū) ablatiuo, hæc fratri mecū nō cōueniūt. i. diuersa sunt in me et fratre &c. Præstat mihi ridere q̄ flere. i. melius est, ornata locutio. Præsto as. i. præeo, excello, præstator sum, regit dtm̄ uel actm̄ rei excessē. & abltm̄ rei in qua sit excessus. Fabi. li. i. Q. eloquētia ceteris præstet. de actō Idem. p̄stat ingenio alius aliū. Gel. Mençdem⁹ et theophrastus, ingenio atq; doctrina cæteros p̄stabant. Virgi. lbo animis cōtra uel magnū præstet Achillē. Badi. si rite recordor dicit præstet. i. repsentet, exhibeat, ut eq̄lis sit. Serui. aut in eū uersum sic ait. Dicimus præsto illo & illū. i. melior sum. Cice. in Cæsarianis. Tanto ille superiores gloria uicerat, quāto omnibus tu præstitisti. Vinco cum actō & abltō elegans est, ideo notetur. Landinus etiā dicit præstet Achillē. i. exhibeat se talē qualis Achilles fuit. Pertinet, spectat & attinet ad me nō pertinet &c. mihi dicimus. dic igit liber p̄tinet ad Ioannē nō Ioanni. Cice. pro P. Quintio, nihil ad me attinet. Martialis hoc ad ad te p̄tinet olle. Quinti. lib. iij. Pertinere ad causam puto quicq; ad dicentē pertinet. Idem. dat huic uerbo p̄positionē i, dicēs li. viij. Pertinet in utraq; partē. Attinet legi cū actō sine p̄positione, sed raro. Cice. Neq; quēq; attinebat accusare. Plau. semel posuit cū dtō. Nunc senex est in tonstrina, nūc iā cultro attinet, sed rarū & antiquū ne affectes. Addunt nōnulli impersonalibus datiuū regētib; suppetit, sed Sulpitio nō placet, regit tamen datiuū. Plau. in Asi. Nō suppetūt dictis data, sed personale est ut cōpeto is. Prodest tibi studere magis q̄ ludere, pōt impersonale uideri. Iungūt sedet pro placet, & memini in ea significātia legere, sic insideo regit datiuū, ut insideo equo, & resideo, ut nobis melior sententia resedit. dicit Iustinianus Insti. de usuca. in prin. Addūt etiā nocet, Nebrisle. i. iungit patet, ut patet mihi te esse ignarū. Virgi. Stat casus renouare oēs. i. animus est, sed nō dicimus stat mihi. ait Lanci. Est sine casu, pulcrū est impersonale. Vir. vi. xnei. Cernere erat. i. oēs poterant uidere, sic clam me est, præterit me &c. cum infinitiuo possunt impersonalia dici, ut me (actūs est) p̄terit, capit, fallit, latet te studere. Latet me nunc dicimus, inuentū est. Latet mihi dicit Mancinel. de sum plurima bene ponit Calepinus.

Varia constructio ordine alphabetario.

Postremo sunt nōnulla quę nō occurrerūt. hætenus ea modo ponerentur ordine alphabetario si prius hoc unū annotauero. Guiller

mū zenderū Brabantū minus recte sensisse q̄ rēphenderit eos q̄ diligenter collegerūt uerba datiuū regētia, inter quos p̄cipuus est Sīnthenius. Etenim licet regula sit generalis, quā ponit etiā Lāci. Omne fere uerbum p̄ter casus proprios potest regere datiuum, ut subduco tibi cibum. Virgi. Lac subduci agnis, tamen multa regūt datiuū ut propriū casum, quonā pacto sciet puer magis dicendū esse noceo tibi, q̄ noceo te, & iuuo te, q̄ iuuo tibi, nisi doceat: Datiuus aut̄ generalis significat in honorē, uituperiū, utilitatē, dānū, leticiā, iucunditatem, fauorē, similitudinē, ueluti. It̄ hasta tago .i. in perniciē tagi, uel in necē tagi. ait Lanci. uel ut Priscia. ait in tagū, quod Lanci. nō placet. Virgi. Centū cui tēpla fabeo Thure calent argi. i. in cuius honorem. Persi. Huic de cespite uiuo Frange aliqd largire inopi. Fiat mihi scdm̄ uerbū tuū, sed redeo ad id quod p̄posuerā. Accedo tibi. i. addor ad te, ut malū malo accedit. Itē accedo tibi. i. assentior, uerbū est fabij, ut nec accedo cello. Accedo ad te. i. adeo, aggredior. Hinc accessus. i. appropinquatio atq; aditio. illinc accessio. i. additio & incrementū, quod pro accessu ponit a Philel. imitāte Plautū in trinūmo dicente. Quid tibi interpellatio, aut in consiliū huc accessio est. i. accessus. Accedit malū ad malū pro addit̄ etiā benedicīt. Oui. ij. meta. Postq̄ solitas accessit ad iras Causa recens. Abit mihi spes. Luca. ij. Spes uictis telluris abit. Abeo spe pro eodē. Sueto. in Aug. Honore abijt suffecto alio in locū suū. Accōmodo lateri ensem, uel ad latus. i. apto uel adiungo. Virg. in. ij. Lateriq; argi uū accōmodat ensem. Cice. de orat. li. ij. Coronā sibi in cōuiuio ad caput accōmodāt, p̄pter datiuū sibi melius ponit actūs q̄ dtūs. Accōmodo in hāc rē. Fabius in. iij. Quod in plures casus accōmodari potest. Adhēreo muro, in muro, & ad murū. Mancinel. totū probat in thesauro, ex quo multa sumpsimus. Adhībeo castris, & ad castra socios. Mancinel. in thesauro. Adīcio illi atq; ad illū authoritatē, idē in eodē. Adiungo dolori, & ad dolorem inimicitias. Idem in eodem. Adō officio, & ad officiū gloriam. Idem in eodem. Addo in manus uincula. Idem in eodē. Admoueo turri, & ad turrim machinas. Affero tibi & ad te opem. Idem in eodem. Abrenuncio tibi & te. Calepi. Appropinquo urbi & ad urbē. Mancinel. Adimo tibi & a te. Idem. Amolior tibi & a te. Luca. li. v. Humeris iam pondere fessis. Amolitur onus. i. amouet aut abijcere tentat. An tecedo illi & illū. Cice. li. i. offi. Quātū natura hoīs pecudibus reliquisq; bestijs antecedit. Sueto. in Aug. Magnificētia omnes antecessit. Antecedit multo & multū. Mancinel. Anteeo & antesto ei uel eū. Plaur. in Amphi. Virtus omnibus rebus anteit. Salusti. in Jug. Et quū oēs

Ioannis Despauterij Niniuite.

gloria anteiret. Apu. lib. iij. Sed animi robore ceteris antistaret. Idē robore ceteros antistabat. quē datiuū in anteo posuimus. aliqui putant esse ablatiuū, ait Lanci. A scribo te numero uel in numerum oratorū. Hora. lib. iij. car. A scribi quietis ordinibus, patiar deorum. Cice. Philsp. ij. Tu ꝑo ascribe me in talē numerū. Assuesco bellis animū uel animo bella. assuesco manus labori uel ad laborē, id ē assuefacio. Vir. li. vi. Ne pueri ne tanta animis assuescite bella. Idē Georgi. ij. Vbi libera colla seruitio assuerint. Cesar Com. vi. Sed assuescere ad hoīes & mansuescieri ne paruuli quidā possunt. Assuesco potest, id est assuescio. Oui. Assuetus studijs, id est assuefactus. Asto tibi & circa te asto in foro. recte dicimus Priscia. lib. xvij. dicit bene dicit asto illū locū, & illo loco. Attēdo iuri & ius. Sueto. in Gal. Inter liberales disciplinas attendit & iuri. Plī. lib. vi. epist. Nostī facetias hominis quas uelim attendas. Tul. ꝑ Archia poeta. Quoniā nec in hoc genere dicēdi tam diligēter attenditis. Diome. Attēdo te oculis, attendo tibi mente. Ait idem attendo legentē ueteres dixerūt, nos autē attendo legēti. Aufugio, eripio, aufero tibi & a te. Prisci li. xvij. sic subtraho tibi forsitan etiā abs te, surripio tibi & c. Assideat te & tibi honor. Diome. malo datiuū quā accusatiuū. Benedico & maledico tibi. Oratores dicūt, ecclesiastici etiā maledico & benedico te, sed in alio sensu. Vnde est. Venite bñdicti in regnū patris mei. Ite maledicti in ignē eternū. Lanci. ait. Bñdico deū, bñdictus deus, pnt nō esse cōposita. quia bñ significat ualde dico laudo, defendo, cano, ut bene dixit Cice. ꝑ Archia, id est egregie defendit Archiā, sed uidei mihi bñdico christianorū altius quid habere quā ualde laudo, uel effero. Caueo tibi, id est prospicio & puideo. Lege cautū est. unde cautio quā uulgus cautelā uocat, nō oīno forsitan inepte, sed elegantius est cautio. Caueo te, id est fugio. Sueto. in Tyto. Securitati satis cauit, id est prouidit. Idē in Gal. Caueret piculū. Caueo a te, id est prospicio ne mihi incōmodus es, & caueo de te. Idē in Calig. ut a Cassio caueret. Plau. in Menēch. de illis uerbis caue tibi. Tul. li. ij. epī. ad Appiū. Melius em̄ ei cauerē uolo. Itē caueo a te, id est cautus fio. Idem de claris Orat. At ꝑo inquit tibi ego Brute nō soluā nisi prius a te cauero. Plau. in Menēch. hoc mihi a te caueo cautus, id est uito. Caue facias, & caue ne facias utruq; recte dicūt, ut apud comicos. Caue faxis, & Vade uale, caue ne titubes mādataq; frāgas. Cōsulo tibi, puideo & cōsiliū do. Luca. in. iij. Cōsulte extremis angusto tempore rebus. Cōsule honori, famę & c. Cōsulo petrū. i. cōsiliū peto a Petro. Plau. in Menēch. Ibo & cōsulā hāc rem amicos qd faciēdū censeant, hic cōsulo habet duos actōs, ut rogo sub quo cōprehendat, sed ꝑ secūdo magis habet abla

tū cū p̄positiōe de. Luca. li. viij. Rectoremq; ratis de cūctis consultit
 astris, hoc ē p̄cūctā. Sue. in Aug. Sanxit ergo ut de bellis, triūphisq;
 cōsulei hic senatus. Cōmēdo te regi. i. cōmitto, cōmēdo te apud re
 gē. i. laudo. Cedo tibi. i. cōcedo & locū do, supbus nō uult cuiq; ce
 dere. Cede locis dicit Vir. Cedere terga. Luca. & sine diphthōgo scri
 bit. Cedo te. i. p̄cūctio, & aliqñ etiā occido, cū æ diphthōgo annotat,
 unde cedes. Cōcedo tibi meritis dñs est cū abltō. Cōcedo fato. i.
 morior. Cōsulto as sine casu. i. cōsiliū in eo. Plau. cū actō dixit i Mi
 lite. Quid me cōsultas p̄ qd mihi cōsul. Cōsultus q̄ dat cōsiliū. Con
 sultor q̄ petit cōsiliū. Hora. Cōsultor ubi ostia pullat, aliqñ q̄ dat cō
 siliū, ut apud Gel. in puerbio. Cōsiliū malū cōsultori pessimū. de cō
 cedo qd pauloan̄ posuimus. Sillius meritis nō cessere Camillo, Con
 fert huicrei & ad hāc rē. i. utile est. Fabi. li. iij. Interim cōfert admira
 tionī, multū etiā infirmitas. Idē in. ij. Scio q̄ri etiā natura ne plus ad
 eloq̄ntiā cōferat an doctrina. paucis cōcludo. Plau. Nūc yba in pau
 ca cōferā. Cōsido illo cū abltō, rarū est, cōsido illi cū dtō frequētis
 simū. Cēsar. li. iij. de bel. ciuili. Cui maxime cōsidebat. Idē li. iij. de bel.
 Gal. Multū natura loci cōsidedāt, & sic recte loq̄ris ait Lāci. in hui⁹
 rei ignoratiōe Seruū taxās. Cice. qua maxime arte cōsideret. Inueni
 tur cū actō, ut affirmat Prisci. Sta. ij. Theba. Martisq; ex semine The
 ron Terrigenas cōsifus auos. Debeo tibi. i. obligor, & debeo tibi
 pecuniā, debeo legere familiaritū est, inqt Cale. habeo legere totū est
 elegās. Derogo tibi uel de te, p̄ eodē. Luca. ix. Inuidus annofo q̄
 famā derogat quo. Cice. li. ij. rhe. uete. Indignū est de lege aliqd dero
 gari, aut legē abrogari. Detraho tibi uel de te. i. obloq̄r uel incom
 modo &c. Oui. v. tristū. Detrahat auctori mltū fortuna licebit. Tu
 tū ingenio clara ferere meo. Tul. li. iij. epi. Ego si in puincia detrahe
 re de tua fama unq; cogitasset. Idē ad Attū Ille in Achaia nō cessat
 de nobis detrahere. Detraho tibi honorem. i. aufero. Depono tibi
 uulgus dicit Virgī. aut. De grege nō ausim qcq; deponere tecā. i. in
 spōsiōe collocare & seq̄strare, ut Ser. inqt. deponim⁹, rē quā etiā ali
 cuius fidei seruādā tradimus, un̄ boni uiri est depositū reddere. Di
 co tibi, ad te & erga te. Cic. de cla. orat. Ad statē iudicē dicāt. Plau. in
 pri. scena asina. Si qcq; mēdacij erga me hodie dixeris &c. Eripio
 tibi, a te, & de te uitā. Sue. i tybe. Quoniā sinistra fortuna Caiū et Lu
 ciū filios mihi eripuit. Tul. in Vatiniū testē. De tuis tuorūq; mani
 bus ereptos. Terē. in Eu. ut illā a me eripiat. Aemulor illi. i. inuideo,
 emulor illū. i. imitor, meli⁹ ponere i in a, qa scribit cū ē diphthō. emu
 lor. Fa. li. iij. Et cōsumati iā patroni ueterib⁹ emulāt. Terē. i. An. Quo
 rū emulāri exoptat negligētā. In sacris dī. Noli emulāri i malignātib⁹

Excanto tibi dicimus, ueteres autē excanto illū. Diome. Excel-
 lo socijs. i. sum excellētor. Cice. pro Pompeio. Hūc hominē tātū ex-
 cellere ceteris. Et in rheto. de Zeusi. Qui tam longe ceteris excellere
 pictoribus existimabat. Idem pbat Lanci. de antecello. Fatur mi-
 hi & ad me. Vir. i. ænei. Hic tibi fabor em̄ quādo hęc te cura remor-
 det. Luca. lib. viij. Et ad superos obscuraq; lydera fatur. Fido huic
 rei, & hac re. Virgi. li. ix. Et fidere nocti. & li. viij. Moliri iam testa uis
 de iā fidere terra. Figo hastā terrę, uel in terra. Luca. lib. viij. Pars
 terrę figere tela. Virgi. lib. vi. Lamūq; aduerso in limine figit. For-
 mido, metuo, & timeo, mihi ne qd mali cōtingat. Formido, metuo
 & timeo te ut inimicū. Plau. in Aulu. Auro formidat Euclio. Terē.
 in Phor. Ei nunc timeo, & in Andria. in unica oratione utraq; ē cō-
 structio. Si illū relinquo, eius uitę timeo, sin opitulator, huius minas, dis-
 cimus itē timeo de te, & ad utrūq; p̄inet. Tulli. lib. vi. episto. ad Tre-
 bel. Valde me hercule de te timuerā. Luca. lib. viij. De sup̄is ingratē
 times. Item metuo a te. Teren. in An. Hei metui a Chryside. Tulli. li.
 v. ep̄i. A me insidias metuūt. Et metuo a te de morte. Plau. in Menę.
 Iam abs te metuo de uerbis tuis. Differūt metuo & timeo, de q̄ alibi
 Gaudeo mihi uel mecū. Cice. li. vi. ad Basilii. Tibi gratulor, mihi
 gaudeo. te amo uirtute tua. nota ablatiuū pro eo quod est, ppter uir-
 tutē tuā. Terē. Ut tacita mecū gaudeā. Gratulamur alijs, lętamur
 nobis, gratulor hanc rem, hac re, & de hac re. & ulimū quidē frequē-
 tissimū est. Cice. li. i. ep̄i. Q; mihi de filia gratularis, agnosco huma-
 nitatem tuā. Et lib. viij. ep̄i. Gratulor tibi affinitate uiri mediussidius
 optimi. Plau. in Stich. Ibo intro & gratulabor nostrū aduētū filijs.
 Hęrent parietibus, uel ad parietes scalę, prius notū est, de postero
 re Varro. Ad quē hęreat. Naso lib. ij. meta. Pluma erat inq; cutē ras-
 dices hęserat imas, absolutū significat dubitare. Persi. an. f. hęres. Fres-
 quētissimū est hęsito. Illudo & insulto illi & illū. Virgi. li. ij. ænei.
 Cęnatq; illudere capto. & alibi. Verbis uirtutē illude sup̄bis. Terē.
 Satir. sup̄be illuditis me. Illudo. i. illusionē facio, & per cauillationē
 derideo. Salu. Multos a pueritia bonos insultauerat. Serui. ait. Insul-
 to tibi pro irrideo melius dicimus, quia apud Salu. uidei capi p̄ im-
 petū facere. Imminet illis & in illos. Ouidi. Imminet exitio uir cō-
 iugis, illa mariti. Cice. Philippica. viij. In nostras fortunas imminent.
 Impono tibi. i. decipio, quia uidei subaudiri dolū uel fraudē. Ius-
 uena. Sat. iij. Facile est barbaro imponere regi. Impono te nauī, uel
 in nauem, notū est. Impono tibi onus uel in te. i. suppono uel addo.
 Idē. Sat. vi. Imponit finē sapiens & rebus honestis. Plau. in bacchi.
 In te ergo hoc onus omē impono. Palladius de persico. Imponitq;

leues in stipite phyllidis umbras. Impendo huic rei, & in hac rem Perot. Incessit mihi uel in me. Virg. iij. Geor. Regibus incessit magno discordia motu. Terē. in An. Noua nūc religio isthęc in te incessit. i. ingruit aut inuasit, quod ipsum datiuū habet apud Varronem teste Marcel. dicentē. Tāta inuasit cupiditas bonorū plerisq;. Incesso te pugnis, id est aggredior, impeto & aliquādo acriter irrideo. Silli⁹. Tūc pceps ruit in mediū telūq; fatigat, Flaminiū incessens. Serui. in dictū Virgi. uersum ait. Incessit regibus figuratū est, nā incessit reges dicimus sed que dicta sunt nondū displicēt. Ltui. lib. i. Timor deus de patris incessit. Induco animū rei, & rem in animū. Terē. in An. Ne ilis animū inducas. Idē in Hęau. Istuc in animū inducas. Infit illis, uel ad illos. Apu. li. v. Ea nocte ad suā pŷchen sic infit maritus. Inſideo uel inſido illo. i. sup eū sto, uel sum, ait Lanci. Virgi. Inſideat quātus miserę deus. & in. vi. Floribus inſidāt uarijs, inſidet in animo. i. placet. Tul. pro. L. Cor. Sed in animis omniū penitus inſederit id est animis omniū placuerit. Inſilio nauis, & in nauim. Luca. x. Sed cęca nocte carinis Inſiluit cęsar. Plau. in Ru. Ambę in scaphā inſiluimus. Inſisto huic rei, & in hanc rem, & aliquādo inſisto hac rē. Fabi. li. i. Ne uulgarē uia ingressus, alienis demū uestigijs inſisterem. demū. i. solū. Plau. in milite. Inſiste hoc negocyō sapiēter. Ibidē. Age nunc iam inſiste in dolos, & sine ppositiōe. Idem in capti. Omnes itū nera inſistāt sua, & iterū in milite. Quā inſistas uia. Lanci. uir in multis perę acutus. Inſisto ostiū, id est sto sup ostiū, ait. ut apud Virgiliū Nulli fas casto sceleratū inſistere limen. Inſto operi. i. diligēter inſto. Inſto opus praro dicit pro aggredior et facio, de hoc uerbo multa. Calepi. quē potes uidere, qa eius nūc mihi nō est copia. Virgi. li. i. ænei. Inſtans operi regnisq; futuris. Virg. ænei. viij. Parte alia martis currūq; rotasq; uolucres Inſtabāt. quidā legūt marū, id est inſtanter faciēbāt, ait Nebrissen. Tibi a me mors inſtat, id est ppinqua futura est. Plau. in Persa. Tibi multa bona inſtant a me. & Virgi. i. viij. Heu quāte miseris cędes Laurētibus inſtant. Plau. in Asi. scę. i. ait per actm sine ppositione, Rectā inſtas uia, id est recte pcedis &c. Incubare, id est inſtare, inniti, inſidere, inherere, Virg. Ponto nox incubat atra. de hoc multa Cale. Inhiō huic rei, id est deſyderiū aut cor appono. Aug. li. iij. de ciui. dei. Hic aliquid agerēt dii heluones, atq; nebulones sacrificiorū adipibus inhiātes, & inhiō hanc rem, id est ualde cupio. Plau. in Aulu. Credo illū iam audisse mihi esse thesaurum domi, id inhiat. Gelli lib. i. Dū eius mortē inhiō, egomet uiuo mortuus inter uiuos. Inſufurro tibi, id est in aurē dico. Macro. Vale cęcenti hoc tū inſufurrauit, nō putabā me tibi tantū familiarē. Intē

Ioannis Despauterij Niniuite

do uires. i. extēdo & augeo, intēdo animū studijs, id est do operā studijs. Hora. Si non intendes animū studijs & rebus honestis Inuidiā uel amore uigil torquebere. Indulgeo tibi patuit pro codē, sed raro lectum est cum actō. Nimiū me indulgeo. Iubeo tibi, & aliquñ iubeo te. Teren. in Heau. Immo filiū iube potius. Diome. præcipio tibi, iubeo famulū. Macro. satur. lib. i. Sacrorum custodibus iussit ne mulierē interesse pmitterent. Adhuc de accusatiuo, ubi etiā rus adiūgitur, ut in rogo sub quo poterit cōprehēdi. Tul. ad Seruiū Sulpitiū Non qui te aliquid iuberē. lubeor & imperor passim reperiri, pbat in thesauro Mancī. Impcor arma armis. Lēdo illū, ueteres in dati uo lēdo illi dixerūt. Terē. in Adel. Nulli lædere, ridere omnibus. i. ar ridere. pro deridere dicendū esset ridere omnes. Lateo nunc accusatiū olīm datiū habebat. ut probat Mancī. Loquor tibi, uel ad te loquor tecum uerbis honestis, & honesta uerba. Alloquor te uerbis amœnis, probat Mancī nel. Manet tibi & te suppliciū, utriq; apud Virgi. legit. Mitto tibi & ad te nunciū passim leges. Misceor tibi, tecum & in te. Luca. lib. vi. Turbe sed mixtus inertī. Sereus. Aut cruor ex progne mixtus cū polline iuris. Virgi. li. v. Cras sumq; cruorē Ore reiectantē, mixtosq; in sanguine dentes. Oui. lib. iij. meta. præpositionē omisit dicēs. Quē sanguine mixta recēti Coxerat ære cauo. Minor tibi mortē. Cice. p Milone. Quorū utriq; mortem est minatus. Turris minat ruinā, id est parata est ad casum. Moderor tibi dicimus. Sueto. tamē in Augusto dedit accusatiū ut notauit Mancī. Salust. Cuius libido gentibus moderat. Nitōr haste. hasta, & in hastā, & nitōr ad hanc rem. Virg. li. vi. Ille uidēs pura iuuenis q nitiū hasta. Fabi. li. i. Altius tū ibūt q ad sūma nitentur. Nuncio patri, & ad patrē. Plau. in cap. Nunquid aliud uis patri nūciari. Ibidē. præcipua quē ad patrē uis nunciari. Nupta illi, & cum illo, & nuptū datur filia, exempla inuenies abunde apud Comiciū, leges etiā, filia datur nuptui. Vale. lib. iij. ca. iij. puellā nuptui dedit, & paulo ante, filia ei nuptui dedit. Nubo in sacris legitur actiū, neq; nubent neq; nubentur. Hiero. nubitur dixit. Teren. Natā inueni nuptā cū filio tuo, sed nullo mō nubit filia a patre, neq; exulo a Cæsare ait Lanci. Obrecto socio. i. detraho. Cice. in Tuscu. Obrectare pro alteri &c. obrecto cum actō significat contra sententiā tractare. Vale. Maxi. lib. vij. Quid stultū, & inutile sit eas obrectare uires, q; bus ipse fouerit. Occumbo neci, & in necem. Virgi. li. ij. Seu certē occumbere morti. Sueto, in Aug. uoluntariā occubisset in necem. sic Mancī. Lanci. autē præpositionē in omittit. Occurro tibi, et ad te. Teren. in Phor. Puer ad me occurrit. Pepigi tibi. i. promisi. pe

pigi tecum. i. pactus sum. Sueto. in Cæsare. E petitoribus nō alios ad
 iuuare, aut ad honorē pati peruenire q̄ qui sibi pepigissent. ppugna
 tuos absentia suā. libidē. Cum aduersarijs autē pegigit. Pacitor, &
 pepigi rem decem philippeis. Præcedo te, tu præis isti. Luca. li. iij.
 Letū præcedere natū. Sueto. in Clau. Populo præiret. Præcedo etiam
 cum datiuo legitur. Plau. in Asi. ut uestre fortunę meis præcedūt līs
 bane longe. Precor tibi. i. ad damnū tuū uel utilitatē, sicut peto tibi
 bi, est enim datiuus generalis. precor te. i. rogo te. Præstolor tibi. i.
 præsto sum. Cice. li. i. inuecti. Qui tibi ad forū Aureliū præstolaren
 tur. præstolor te. i. expecto. Teren. in Eunu. Quem præstolare Par
 meno. Prospicio tibi. i. prouideo. prospicio te. i. procul uideo, ut
 Aeneas ceruos prospicit errantes. Prohibeo te domo, uel phibeo
 tibi domū. Plau. in Milite. Hęc atq; huius similia alia damna mul
 ta mulierū me uxore prohibēt. Prohibeo ne inceptes. Inhibeo ne p̄
 ficias, quod an uerū sit, uide Vallā. Propinquo scopulis. i. propin
 quus sio uel sum. Virg. iamq; propinquabā portis. hūc neutrum est
 Aliquādo etiā actiuū. Virg. lib. x. Tu rite propinques augurū. Sil
 lius li. ij. Mortem licet arma propinquēt. Dicimus autē propinquo
 urbi, & ad urbem, ut probat Mancinel. Respōdeo tibi, & ad te his
 & ad hęc, absolutū significat satisfacere. Cice. ad Atti. Tamē fit ut se
 pe ij qui debeant, non respondeant ad tēpus. Cum datiuo significat
 etiā conuenire. Virg. dictis respōdent cætera matris. Recedo tibi
 & a te. Recipio tibi. i. promitto, ut redde quæ corā mihi recepisti.
 loquitur sic frequēter Philel. recipio te notū est. Satisfacio tibi de
 bitum & debito. Laci. Cato in re rusti. Quin pecuniā satisfecerit, sa
 tiffacio de Cæsare. i. pro cæsaris debito. Sene. Lachrymas sollicita ma
 ter abstergit, cui de pedagogo satisfactū est. Soluo & exoluo tibi
 id est do quod debui. soluo te. i. libero e uinculis, ubi te posui actū
 intellexi semp, nisi prepositio aliud manifestauerit. Tempero mi
 hi, id est conraho, ac cohibeo me ne quid indecens agā, & abstineo.
 Plī. lib. viij. episto. Temperare mihi non possum. Plau. in Rud. Lins
 guę tempera, Tempero æquor, id est trāquillū reddo, legitur apud
 Virg. qui ait. Ille regit dictis animos ac temperat iras. Tempero sty
 lum, uinū &c. id est suo ordine administro. Idem. Quis talia fando,
 Temperet a lachrymis, id est abstineat ne lachrymetur &c. Plurima
 obiter in alijs regiminibus dicta sunt, & multa forsitan obiter post
 hac dicentur. Nunc tantū de datiuī regimine dixisse sufficiat.

Sequitur regimen accusatiui.

P ij